ad quam super te decernendam et per Ministerialem publicandam citatus Judicialiter sis responsurus. Datum in Curia Regia Bransensi feria Secunda post Festum Sancti Michaelis Archangeli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo. Et post propositionem suam modo praemisso factam Pars Actorea deducendo parti citatae legitimo de Termino Statuit Ministerialem Generalem Regni Nobilem Benedictum Proszenski qui citationis praeinsertae Copiam Sigillatam ab 2na integra ante Terminum praesentem Septimana in bonis citati propriis posuisse et publicasse recognovit. Quo sic deducto Caeterisque contentis propositionis suae Verificatis petijt citatum ad procedendum compelli.

Woyjkowski **libertas**

In Causa infrascripta Judiciaria mota et Vertente Inter Instigatorem Judicij Nostri et ipsius Delatorem Nobilem Dorotheam consortem relictam olim Nobilis Pauli Falkowski Actorem Et Nobilem Paulum Woyjkowski ad bannendum et de Regno Poloniae Dominijsque eidem annexis proscribendum citatum ex eo ob non admissam intromissionem per Ministerialem et Nobiles duos apud ipsum officiose affectatam Zyjowo Actricis per lectorum in officio praesenti in causa ideo. Quia ipse in contrarium iurium et libertatum Regni quibus thelonea in Pallatinatu Podlachiae Sunt sublata ausus est in via libera bonorum Zalrzewo siliginea cassulas duas Valoris octo Florenorum polon. in Vim cuiusdam iniusti et inusitati thelonei recipere et extorquere prout de facto recepit et extorsit per quod in poenam Bannitionis incidit. citatur autem ad decernendam super ipso et bonis eius omnibus poenam bannitionis decerni et per Ministerialem publicari. Citatione ipsa de his latiori Hodierno in Termino ex eadem citatione ad praesens legitime incidente et proveniente. Judicium praesens Castrense Capitaneale Bransense controversijs partium utrarumque Actorea per Nobilem Mathiam Falkowski filium suum citata vero per se personaliter coram se iudicialiter factis exauditis et debite intellectis. teneri adesse delatorem ad promovendam causam suam in Puncto Bannitionis censuit ex quo non comparet ideo citatum a termino praesenti liberum fecit et pronunciavit.

Inter Oporowski et Jankowska Coniuges **Motio**

In Causa et Actione iudicialiter Vertente inter Honestum Procopium Procopik Famulum Reverendi Laurentij Czarnaczki Plebani Boczkowensis cum eiusdem Domini Sui authoritate Actorem et Generosos Joannem olim Lucae Oporowski et Helenam Jankowska invicem Coniuges de Truszki haeredes praesertim maritalis cum mariti ipsius assistentia citatos Ratione trium tonarum Siliginis mensurae Boczkowensis in via libera bonorum Truszki dum praefatus famulus de Boczki ad Sena Brzescianka proficiscebatur in vim cuiusdam iniusti et inusitati thelonei receptionis, exinde poenae Mille Marcarum polon. Succumbentionis Citatione ipsa